



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 144. Gaddii Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. copi ipsum maxime hortantis, ut cum  
 A C 1552. Societate sua Clericos Mediolanenses,  
 quos Barnabitas vocant, in unum quasi  
 corpus conjungi pateretur: Verum Ig-  
 natius, quamvis de horum Patrum vi-  
 tute, ac sanctitate optime sentiret,  
 Archiepiscopi tamen votis cedere re-  
 nuebat, respondens, quod consultius  
 foret, si quilibet Ordo in primævo suo  
 statu perfisteret; quamvis enim omnes  
 Clerici eandem deferrent vestem, ac  
 Regulares appellarentur, nec tamen  
 eandem omnes Regulam colerent; ut  
 proin majoris fore divini obsequii ex-  
 stimaret, si uterque Ordo seorsim ini-  
 tum vitæ stadium perseveranter decur-  
 reret. Idem quoque jam antea Igna-  
 tius in responsis dederat Clericis regu-  
 laribus Theatinis, ac Somaschis, qui  
 itidem sese Societati adjungere cupie-  
 bant. Porro hoc anno tria Collegia  
 Perusii, Eugubii, ac Mutinæ fuere e-  
 recta, ad Insulam vero Corsicanam,  
 & in Vallem Telinam Viros Apostoli-  
 cos destinaverat Ignatius, supremum  
 autem Italicae Provinciæ Præfectum  
 nominabat Patrem Laynium

#### §. CXLIV.

#### *Gaddii Cardinalis obitus.*

Pariter hoc anno Sacrum Purpurato-  
 rum Collegium tres Cardinales Gad-  
 dium



dium, Crescentium, & Cæcium amSæcul XVI.  
ferat. Porro de Crescentio Cardinale jam A.C. 1552.  
superius mentionem fecimus, de Nico-  
lao autem Gaddio constat, quod Flo- *Ciacon. in  
rentiae natus, ac Catharinæ Mediceæ  
Galliarum Reginæ proxime fanquine  
junctus die decima sexta Januarii mor-* *vit. Pont. t.  
3. pag. 480.*  
*talitatem exuerit. Is ex Cameræ Apo- Ciac. & in  
stolicæ Clerico, necnon Pontificiorum Ital. Sacra  
diplomatum Abbreviatore Firmanus E- Aubery. hist.  
piscopus, & tandem a Clemente VIII. Scip. Ammi- des Cardin.  
die tertia Martii Anno Christi millesimo rat. hist. t. l.  
quingentesimo vigesimo septimo Cardi-  
nalis renuntiatus est. Rexit etiam tan-  
quam Abbas Cœnobium S. Leonardi in  
Apulia: cæso autem Alexandro Medi-  
cæo reipublicæ Florentinæ patrocinium  
fuscepit, qua re plurimum nominis sui  
existimationem imminuit, eoquod viri-  
bus impar sese Cosmæ Medicæo oppo-  
nere haud posset. ceterum cum Gallis  
potissimum faveret, a Francisco I. Re-  
ge in gravissimis Regni negotiis adhi-  
bitus, ab eodem Anno Domini mille-  
simo quingentesimo trigesimo tertio ad  
Sarlatensem Ecclesiam nominabatur,  
ejusque propinqui Gallorum stipendia,  
cum bellum in Italia ferveret, mere-  
bantur. Obtinuit etiam Nicolaus Co-  
sentinum Archiepiscopatum, tandem  
vero Florentiæ extremum diem clausit  
Annos natus sexaginta, & unum, Men-*

Sæcul. XVI. ses septem, & viginti dies. Corpus  
A.C. 1552. ejus sepultum fuit in celeberrimo totius  
 Florentiæ Sacello S. Mariæ Novellæ,  
 ubi etiam Nicolaus Gaddius ejusdem  
 Nepos Patrui sui monumentum vulgari  
 quodam Epitaphio honorabat.

## §. CXLV.

*Cardinalis Cæcii fata.*

*Ciacon. pag.* Tertius ex Cardinalibus hoc anno de-  
 579 cedentibus erat Pomponius Cæcius  
*Aubery. l. c.* patria Romanus, qui ob ingenii aciem  
 non nisi ad magna negotia feliciter per-  
 agenda natus videbatur, atque Philo-  
 sophiæ, & Astrologiæ laude præclarus  
 ex S. Joannis Lateranensis Canonico  
 primo civitatis Castellanæ Episcopus,  
 & postea anno sequenti millesimo quin-  
 gentesimo trigesimo octavo Nepelinus,  
 ac demum Sutrinus, necnon Pontificis  
 in Urbe Vicarius est renuntiatus: tan-  
 dem vero circa Annum Domini millesi-  
 mum quingentesimum quadragesimum  
 secundum a Paulo III. Pontifice pur-  
 pura ornatus die tertia, vel juxta alios  
 quarta Augusti obiit: quamvis Scripto-  
 rum nonnulli obitus diem decem om-  
 nino annis priorem statuant, referant-  
 que, illum fatis cessisse Anno reparate  
 Salutis millesimo quingentesimo quad-  
 ragesimo secundo, quo Cardinalium  
 Collegio adscriptus fuit.

## §. CXLVI.